

Ponzono confessi sunt, quod avus eorum Dominus Aleramus, & avia Domina Alaxa, item D. Ugo pater eorum, item D. Henricus, & Petrus Patru eorum omnes Marchiones Ponzoni investiverant consules Aquenses, & commune cum vexillo de Ponzono de tota sua terra habita, & habenda ec.

Et per aliud instrumentum factum per manum Jacobi Notarii.

Anno Domini MCCX., indictione XIII., die Jovis XV. aprilis. In Ponzono presentibus Uualla Jacobo Aicardi, Petro Domini Andreae, Gerardo de la Montaa, Zucharino, & Wilhelmo Carcagno Dominus Pontius marchio Ponzoni donum, & donationem facit D. Andreae, & D. Aicardo Ambaxatoribus communis Aquis vice, & nomine ipsius communis de Ponzono, & de tota sua terra totius suae terrae ec.

Ibidem & eisdem praedicti consules nomine communis Aquensis voluntate, & mandato utriusque consilii congregati more solito per campanas promiserunt, & juraverunt super se, & animas illorum de consilio tactis sacrosanctis Evangeliiis dictis Marchionibus attendere, & observare nomine communis Aquis quod ipsi, & commune Aquis attendent, & observabunt in perpetuum, & ratum, & ratas habebunt, & tenebunt omnia pacta, & conventiones, possessiones quasi possessiones, redditiones, jura, & quasi jura, & omnia instrumenta, & ea omnia, quae in existentibus instrumentis continentur inter praedictum Commune, & praedictos Marchiones, quae, & quas commune Aquis, & Rectores dicti Communis Marchionibus de Ponzono, & suis antecessoribus, vel alicui alii pro eis dederunt, fecerunt, & habuerunt. Insuper faciunt, & confirmant omnia pacta, conventiones, & instrumenta, & ea omnia, quae in instrumentis existentibus inter Commune Aquis, & ipsos Marchiones sicut apparet per instrumentum factum per manum Petri scribae. Cujus tenor talis est. Anno Dominicae Incarnationis MCXCII., indictione X., die Dominica V. calendas octobris. In capitulo Canonicae de Aquis consilio pleno, & ideo congregato D. Andrea Uberto Moizo, Jacobo Bocazio, Ugone Mantea, & sociis existentibus consulibus D. Henricus, & Pontius Marchiones de Ponzono ec., & per manum Jacobi Jacobi Notarii, cujus tenor talis est. Anno Domini MCCX., indictione XIII., die Jovis XV. aprilis. In Ponzono presentibus testibus Ottone Uuala, Jacobo Aycardi, Petro Domini Andreae, Gerardo de la Montaa, Zucharino, Wilhelmo Carcagno, Dominus Pontius marchio Ponzoni donum, & donationem facit D. Andreae, & D. Aycardo Ambaxatoribus communis Aquis ec. Unde dicti Consules, & Marchiones jusserunt plura instrumenta fieri. Interfuere testes rogati, & vocati Ubertus Dodonis de Belomonte, Guarnerus de Insula, Bocius Canonorum Buscarinus, Ubertinus Bisatia, Seotinus, Agatinus D. Sighbaudus de Sarzano, Henricus de Valle, & ego Ubertus Notarius Palatinus interfui, & hanc cartam; & alias quamplures praedictorum Consulium, & Marchionum mandato unius, & ejusdem tenoris scripsi, nomina consiliariorum sunt haec. In primis D. Manfredus Deuxec, D. Morandus, Aycardus Affola, Wilhelmus Serdo, Arnaldus Brune,

Tebaudus de Porta, Arnaudus Benzius, Ubertus de Burgo, Besuitius, Ubertus magistri Henrici, Ubertus Agrati, Jacobus Ghignonus, Bonifacius Moyzius, Ogerius scriba, Boz Entis, Wilhelmus Tabita, Obertus Rabia, Saccus Albertus, Botazius, Henricus Cazul, Ruffinus de Montebarucio, Henricus de Wilhelmi, Serdo Bonacursus, Arnaudus Gilinus, P. Depina, Wilhelmus Mollinus, Berrinus, Aquideus Bonifilii, Henriocia, Wilhelmus Pozovarius, P. Occha, Caruf Barta, Guido Sartor M. Stephani, Boazius Carlevarius, Bovetus Serraval, Obertus Badalo, Bosius Aranchus, Totusbonus, Rodulfus de li Salvi, Pillus Gaje, Gosbertus, Ugo Piper, Jacobus Guastarava, Wilhelmus Legerius, Dardanel Henricus, Albatus, Amelius de Pusterna, Wilhelmus, Joannes Wilhelmus, Mox Bellexii, Henricus, Albus Otto V., Bonanatus Carlevarius, P. Scriba, Vassallus Bottarellus, Henricus Marchez, Arnaudus Bordella, Anselmus Scriba, Joannes Napo, Gandulfus Rubeus, Otto Mesogrolli de li Salvi Aranchi, Wilhelmus Zolchi, Petrus Aynardi, Anselmus Aynardi, Jacobus Gualfrerii, M. Wilhelmi Serdo, Ogerius Jacobus, Jocelini, Henricus Manuelli, Gandulfus Dominici B. Urseti Gosla, Ruffine Pellacia, Tebaudus Jan., Henricus Pauli, Bonifacius Molinus, Manfredus Taiver, Marchex Ferrarius de Poynte, Nicolinus Gongolinus, Otto Carlevarius, Ubertus Montagnola Moltura, Bonifacius Furninus, B. Piper. Ego Ubertus Not. Pal. videns, & legens autenticum hujus exempli factum a me Uberto Galea Notario sicut in ipso inveni ec.

*Dies vigesima hoc mense erat dies Martis, ac proinde hic mendum irrepsit, quod qua ratione emendari possit, cum autenticum exemplar desit, difficile conjici potest.*

*Ius represalia datum a potestate Alexandriae Manfredo Boccaccio in civitatem Aquensem.*

MCCXXXVII.

194

Anno Nativ. Dom. MCCXXXVII., indictione X., die Mercurii XI. januarii present. Bauzano Saltario D. Brema Boccaccio, & Montanaud Piparo, & Belengerio de Facio testibus, D. Albertus de Mandello Alexandriae potestas ex licentia sibi data a consilio Alexandriae dedit cambium Manfredo Boccaccio contra homines Aquis, & commune Aquis de poena una librarum 400. papien., quae commissa est ab eis, & in quam ceciderunt infra scriptum commune Aquis, & homines de Aquis, quia non paruerunt termino, sive terminis in praecipis latis, vel factis ab infra scripto Potestate arbitro inter Manfredum infra scriptum ex una parte, & commune Aquis ex altera usquequo fuerit satisfactum, eidem de infra scripta poena, & accessionibus ejusdem, quia citati saepius noluerunt satisfacere salvo infra scripto Manfredo omni suo juri in aliis factis, & poenis, & inde dictus Potestas hanc cartam fieri jussit ut supra. Ego Obertus Scuctus de Crugio N. S. P. ec. Ego Anselmus de Fata N. S. P. ec. Ego Jacobus Paura N. S. P. ec.

(1) *Hic erratum a Notario, vel ammanuensi. Dies enim XI. Jan. erat Dominica; junii vero (si forte mutato*